



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Methodvs Expeditæ Confessionis Tum pro Confessarijs,
tum pro Pœnitentibus**

Tamburini, Tommaso

Coloniæ Agrippinæ, 1657

De novo dolore in nova peccatorum absolutorum Confessione, §. 5.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41773

cas satis superque est ad judicia profana constituenda, ad quorum normam hoc Ecclesiæ judicium à Christo Domino est institutum: si hæc, inquam, ita se habent, cur etiam non poterit dolor ab hinc quatuor, vel quinque diebus animo conceptus, nec revocatus, unum quid mora liter cum præsenti Confessione constituere?

6 Actus autem doloris revocatur vel per actum contrarium, id est, per complacentiam peccati, de quo doluisti, vel per quodlibet aliud novum peccatum mortale. Vide, quæ infra dicam cap. sequenti §. 4.

§. 5.

*De novo dolore in nova peccatorum
absolutorum Confessione.*

7 **Q**ui iterum confitetur peccata alias absoluta, indi-

indiget ne novo doloris actu, an vero sufficiet ille dolor antiquus: utique non retractatus qui conjugatur nunc cum hac nova Confessione? Respondeo. Quamvis aliqui absolute satis illum esse dolorem non retractatum concedant; et tamen ut probabilis haec sententia fiat, addenda est haec limitatio, b ut antiquus ille dolor non sit ita tempore disjunctus ab hac Confessione, ut moraliter unum quid cum hac facere non censeatur.

8 Ex quo duo colligi possunt, Primo, quia supra diximus dolorem antecedentis diei non retractatum facere unum quid posse cum Confessione diei sequentis, ideo consequenter probabile erit dolorem Confessionis antecedenti die habitum posse extendi ad Confessionem eorumdem peccatorum absolvitorum, quae fiat in sequenti die. Sicut enim, ibi ad moralem unitatem suffi-

cir;

a Italo.
la Crux. &
Ledesma
apud Diā.
I. 2. T. 7.
ref. 116.
b De Lug.
de pæn.
disp. 14.
sec. 3. n. 33

cit; ita, & hic erit ad eamdem
satis.

6 Secundò, si post collatam
titè absolutionem pœnitens re-
cordetur, afferatque aliquid,
quod confiteri oblitus fuerit:
vel etiam aliquid, de quo dubi-
tet, quod sit certa materia abso-
lutionis, unde illum jubes ali-
quid certum repetere ex pecca-
tis jamjam exhibitis; non est ne-

c Henriq cesse ut iterum doleat. c Ratio
l. 4. de pœc est, quia si nova hæc absolutio
nit. c 26. cadat in peccata jam absoluta;
§. 7.

proderit, juxta modo dicta, do-
lor præcedentis Confessionis,
qui certè non longè distat. Si
verò cadat etiam in peccatum de
novo allatum, proderit ille idem
præcedentis Confessionis dolor:
quia nimurum is extendebatur
ex motivo, ut suppono, univer-
sali, quo fuit elicitus pro omni-
bus peccatis è Pœnitente com-
missis, inter quæ est hoc pecca-
tum

tum nunc directè absolvendum,
quod de novo clavibus subditur.

10 Atque hæc doctrina est
notanda pro his frequentibus
eventibus, quando pœnitens
post collatam absolutionem alia
peccata manifestat, quæ memo-
ria exciderant: post collatam, in-
quam, sive immediatè, ut dictum
est, sive etiam post alias hos-
ras, sive etiam post diem, modo
dicto §. præcedenti.

C A P V T III.

De dolore Venialium.

§. I.

De venialium dolore virtuali.

a Vasq de

pœn. q. 91.

art pr.

dub. n. 2.

Suar. de

pœn d. 1

sec. 3. &

mca

Licit ad peccatorum ve-
nialium remissionem, ex-
tra Sacramentum Confessionis
non requiratur formalis detesta-
tio, sed sufficiat virtualis; a ta-